

non modò linguæ venustioris culturam, & vocum nitorem verborumque pondera, ac figurarum ornamenta: sed omnem etiam animorum motum, in quo maxima oratoris virtus cernitur, ex poetarū libris perdidicisse. quod Homeri, Euripidis ac Terentii exemplo, & Quintiliani testimonio notius est quām ut comprobari oporteat. Quibus sanè rebus intelligitur, poetarū virtute non solùm omnia doctrinarum genera quodammodo inuenta, sed etiam exculta, & ad hominum utilitatem augendam, literarum adiumento ab iisdem propagata esse. Quæ verò ad mores informandos, & vitæ actiones laudabiliter instituendas pertinent, ea sic à poetis exposita sunt, ut à nemine philosophorū abundantius, perfectius, exornatius. Hi enim quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicunt. Nam discriminem honestorum & turpium, dilucidè ac perspicuè proponunt, non modò exemplis fictis & veris, sed etiam sapientissimis sententiis, quibus poetici libri referti sunt: ad quas, tanquā ad normas & regulas virtutum, omnes hominum actiones referri possunt ac debent. Tum verò ad pietatem & religionis cultum ciues suos, propositis & huius & æternæ vitæ præmiis cumulatissimis, inuitant: eosdēmque ab impiis deorum contemptu, propositis pœnarum, calamitatum, & æternorum cruciatuum comminationibus, deterret. Quæ quidem omnia, Homeri, Hesiodi, Pindari, Euripidis, Virgilii, Horatii, Quidii, aliorūmque vatum exemplis confirmare in procliui esset: nisi unus hic quem tibi, generose Comes, offero, Callimachus ad fidem dictorum faciendam oppido atque impendio sufficeret. Nam ut nihil commemorationem de fructu qui ad linguæ Græcæ & Oratoriæ scientiæ studiosos ex hoc autore uberrimus redit: nihil de iis quæ ad Cosmographiam illustrandam pertinet, (vt quæ de Arcadiæ fluuiis, de Cyrenæorum origine, de Cycladum & Deli situ, de Peloponnesi & universæ Græciæ regionibus, urbibus ac fluminibus exquisitissimè dicuntur) quid obsecro ad pietatem & religionis obseruantiam animos hominum magis accendere possit, quām illa in altero hymno expressa sententia, qua propositis vitæ huius amplissimis præmiis, felici rerum successu, opulentia, adeoque copiæ cornu, omnes mortales ad cultum Apollinis sui inuitat?

Ρᾶς κε (inquiens) Βουβότον πλέθον πλέον, οὐδὲ νεν αἴγες

Δεῦ. ιντο Βρεφέων δημητριάδες, ησιν Απόλων

Βοσκούμην ὁ φθαλμὸν επίγαγχον οὐδὲ αἰγάλακτοι

Οἵες, οὐδὲ αἴνεθοι πᾶσαν δέ νεν εἶν υπαρνοι.

Η δέ νε μοιωτόκος, διδυμαπίκος αἴ τα γένοιτο. **Quid** verò contra improbos & profanos homines sanguis & atrocias dici ab ethnico potuisse, quām sunt tertii hymni versus aliquot, diuino spiritu plenissimi, quibus bellum, pestem & famem omnibus Dei contemptoribus seuerissimè comminatur? quum inquit,

Σχέτλιοι, οῖς τύνι χαλεπὴν εμμάζεσαι ὄργια.

Κτίνεα φιν λοιμὸς καταβόσιεται, ἔργα δέ πάχη.

Κέιρονται δέ γέροντες εφ' ψάστραι δέ γυναικες

Η βλιταὶ θνήσκοισι λεχαίδες, ηὲ φυγῆσαι

Τίκτοισιν. Τώλ' οὐδὲν δητὶ σφυρὸν ὄρδον αἱέσθι. **Quid** contrà venustius ac dulcius quām quæ pœnis malorum ibidem præmia opponit sententia, quibus piorum facta excipi & affici docet?

Οις δέ νεν ἀμειδής πειραὶ ἵλασ αὐγάσηαι